



Universitätsbibliothek Paderborn

Johannis Trithemii Spanheimensis Primo, Deinde D. Iacobi Maioris Apvd Herbipolin Abbatis, viri suo aeuo doctiss. ... Partis Opera Historica, Qvotqvot hactenus reperiri potuerunt, omnia

Partim E Vetvstis Fvgientibusque editionibus reuocata, & ad fidem
Archetyporum castigata; partim ex manuscriptis nunc primùm edita ;
Qvorvm Catalogvm Aversa pagina exhibet

Iohannis Trithemii Spanheimensis Primo, Deinde D. Iacobi Maioris Apvd
Herbipolin Abbatis, viri suo æuo doctissimi Secvndæ Partis Chronica
Insignia Dvo - I. Coenobii Hirsavgiensis, Diœcesis Spirensis: eius
foundationem & progressum ab Anno Christi DCCCXXX. vsque ad Annum
MCCCLXX. II. Coenobii ...

Trithemius, Johannes

Francofvrti, 1601

XXXVIII. Ioan. Trit. Abbas Spanhemensis Libanio suo præceptori vnico
salutem.

urn:nbn:de:0128-1-17336

via est humilis per quam iter est certum
 ad felicitatis desiderata, viam humili-
 tatis mundi siue discendo siue benevolentia
 desit quam quid nobis adit. Nam de
 us quam fecimus bona. Quod si dicitur
 cebat: *Laudabilior est animus cuius ratio
 di, vias fiderem, fundamenta terram, et
 quadam epistola: Hec est inquit quomodo
 agnus ad Deum ascensus est propria infir-
 matus est omnium cursum. Eruditione
 cedunt superbia, cum sciant per solam
 qui se magnos inter sapientes iustus
 entia palmam primo fuisse adeptum,
 lem scire profiteretur, quod necesse
 non fuerimus secuti, qui propterea vitam
 di norma fieret discipuli, & illam ha-
 hibuit Christus, Virtutum habitudo
 quid caterarum congregatio virtutum
 hominis sapientiam affectans con-
 d supra, quid infra, quid contra, quid
 titum pari fructum. Vilitatem sui, &
 ei. Et hac est via ad veram sapientiam,
 inutillis, cum superbia vero procius et
 oturarum ad sapientiam contendenti-
 nullus sapiens est superbus, ita qui imper-
 am enim omnis peccati superbia est
 iudicia, sed potius inuidiam superbi-
 or autem excellentia superbia vocantur,
 r, sacra dicente scriptura: *Superbia
 mendum est, ne superbia cadamus, ut
 les ait:**

magnum,

nuit dicens.

diuitis,

es.

t, superbia vero in bonis maxime opo-
 eo & hominibus superbia, recte facit
 onsequaris. Narciscum in persequen-
 studia, & nunc & ante hac saepe hinc
 tibi montes in breui nascituros promi-
 ce suo se frustrarum desiderio intellego,
 lem fatuitate laborarunt. Fluctuant
 & difficultatem rerum, quas se pre-
 recipies solutionem. Valeamus. Et

THEM. SPANHEMENSIS

bati S.

donec euineamus hanc horam, non
 sumus nati, laboremus agere loquimur
 obis. Non metuas hanc hominum adve-
 ni meliorē. Eius amore patietur totum
 quipra

Tritemius,

qui pro te mortuus est in cruce, ne contristeris, sed tacitus mente tranquilla sequere Dei cō-
 filium, quoniam aliorum vocaris. Custodi propositum tuum, neque diuitias cures, neque
 vanissimos mundi honores. Finem cogita quo tendimus, principium ama unde sumus. Tri-
 temium te precor agnoscas ter mentis acie magnum, Christianus imitando Christū, mo-
 nachus contemnendo mundum, & philosophus non admittendo perturbationem, cum
 sis ter magnus, & in Christi amore beatus tandem euades. Saturnum aliquantulum quo-
 niam tibi non satis prospere mouetur, quod & prædixeram cū præfens tecū in tuo esset cœ-
 nobio, declinandum scias. Marte quidem & Mercurio in breui (crede mihi) cū bona quā-
 uis humili conditione releuaberis. Neque enim Deus te derelinquet, o Tritemi, neque Liba-
 10 nius. Audi consiliū eius quem contemnere non licet. Da locum inuidiæ, meliora tibi pa-
 rantur. Post quindecim Lunas vocantem sequere nec prius. Vade nunc vocante philocry-
 pho magno cœlo patefacto reuerfurus, tum aut me aut nūcium meum Neomeci videbis.
 Libros autem tuos archanorum testes caue Saturnus aspiciat. Itineri esto paratus, & nihil
 obliuiscaris corū, quæ ad nostrā conducunt. Silentio anacrisim serua, nec ante tempus e-
 mitte columbā. Caput erige sursum neque deflectito. Peenos linque mēdaces, ut intelligāt
 ferro quid bonum. Caue, o Tritemi, ne solis radios cauernis inducas, quoniam perniciosi
 dracones. Ac rē sublimiorē non nisi semel abscondas in terram. Bobus & capris non porri-
 gas tuum panem, nec spiritum per ianuas minores emittas. Vnius esto tecum, & caue ne so-
 lus. Multitudinē fugito omnem, quia vnum est omnia, & sine vno est nihil. Manu caueam
 20 ne ducas, sed baculo tantum. Aquam vino non misceas, nec sit in mensa tua panis duplex.
 Aues in sole non nutrias sed in umbra, & canibus non ostendas penitus vitrum aut specu-
 lum, quia periculosum est. Vmbra ne verberes, quoniam iniuria est solis. Formicis vtere, si
 auium captu forsitan delectaris. Lucē in aqua diuide, ne congelata stridescat. Animi quietior
 esto, nec deficias, o Tritemi, quoniam si alius nemo tui curam habere voluerit, recte Liba-
 nius habebit. Sunt nobis amici Reges & potentes, qui te nomine tantum scientes libentis-
 sime fouebunt. Nihil permittit omnipotens sine causa, nec desperandum est de summa
 bonitatis clementia. Scio quod timeas Deum, & mentis acumine sublimatus nec prospere
 mundi curas, nec formidas aduersa. Vnde talem te nactus discipulum, omnia quæ mea
 sunt tibi libenter communicauit. Tu tantum in Christo manēs fidelis, in vno solo, quod li-
 cite potes, Pythagoricus esto. Vale plusquam alter ego in eo qui solus est semper. Ex san-
 30 cto Quintino 6. die mensis Iulii Anno 1505.

XXXVIII.

IOAN. TRIT. ABBAS SPANHEMENSIS LIBANIO
 suo præceptoris unico salutem.

LITERAS tuas dulcissimas, præceptorum optime, 14. die mensis Iulii apud Coloniam
 Agrippinam, vbi conuentus celebrabatur Alemanniæ principum, Rege nostro præsen-
 te, accepi, legi, & intellexi. Sequar consiliū quod dedisti, tamen si grauissimum futurum
 40 sit murmur inter nostros, quorum in me lingua bæchabitur. Melantrius torum eum suis
 in nos malum suscitauit, quem non dubitamus casurum in foueam quam parauit. Paria
 nobis consuluit tuis noster Astrophilus dictis, nec in vno quidem deflexit sententiam. Vo-
 cauit me princeps Marchio Coloniæ, & obtinuit ut cum eo vadam, ad tempus māsirus in
 Marchia. Tua custodiam non modo præcepta, sed & consilia pro viribus ipsa. Bobus & ca-
 pris foenum subtraxi, & magnum mihi cum simis bellū, sed hætenus victor euasi. Magno
 tui desiderio feruet Ioachim Brandenburgensium Marchio, princeps æterna memoria di-
 gnus, iuuenis annorum vnus & viginti, peritus lingua latina, & studiosissimus veræ sapi-
 entia amator. O si vnquam fieri posset, ut te coram videre & alloqui mereretur. Huma-
 50 nissimus est princeps, & qui discere non solum non erubescit, sed & maxime cupit. Vellem
 ad eum scriberes quam primum, à nobis argumentum sumens, mitteresque aliquid ex of-
 ficina Pelagii. Ita velim agas, quatenus vter nostrum exierit prior, qui remansit alterius sui
 hæres esto. Consolationibus tuis fortior mens facta est, tibi que vicem reclinat libens
 quam debet. Ora mecum, precor ad DEVM, ut quod volumus, maximeque velle debe-
 mus, nobis ille concedat. Scribo sapienti & DEO dilecto sacerdoti, qui nos iuuare
 potest precibus & votis, ut mens reformetur inuersa, sit vnum in amore & cognitione
 vnus summi boni, PATRIS, & FILII, & SPIRITVS Sancti, gratiam assecuta
 principii, à quo multitudine labitur, vnitatem ad ipsum reformatur. Vtinam o præ-
 ceptorum omnium post DEVM fidelissime, vel nunc tandem fieri possit quod

Rr 4

optau-

optauimus sepe, quo nobis veros & sanctos liceret imitari sapientes, qui per abstractionem sibi veraciter vnitum cum ardentissimo amoris desiderio in Deum salutis tramitem tenuerunt. Quid nobis & mundo, qui hinc velociter migraturi sumus? Ecce quam mihi amatores mundi mercedem tribuere, quā Deo seruire prælatos monachorū sine mundo non potui. Nihil vnquam vt nosti, quā suū mundanū, nihil amari terrenū, omnes mundi voluptates fugi atq; despexi, & persecutionem ab hominibus sustinui gratis, sine merito, sine causa, sine culpa. Deus autem omnipotens cui soli placere cupio, hāc super me tribulationem nec iniuste nec sine causa permisit, cuius bonitati gratias ago, quia in veritate cognoui hanc æmulum aduersum me iniuriam non parū mihi prodesse. Accipio quod meum est cum patientia, quantum indulserit Dominus Iesus: ipsi qui nō merenti coram hominibus intulere contumeliam, viderint quo zelo ad inferendam fuerint inducti. Non moueor iniuria mihi facta, dum videor mecum, sed cum tranquillitate mētis dicere possum: Conscia mens recti, famā mendacia spernit, sciens verum quod illi in vitium credula turba sicut. Nil de me dubites amantissime præceptor, faciam pro viribus quod Christi decet amatorem atq; discipulum, feramq; mentē tranquillā quā nobis ferenda proposuit. Quid ni ferrem patienter, qui & Christianus sum & monachus, magnā non ignarus mercedis. Tu pro me ora ac vale. Hæc scripsi ex ciuitate Neometensi vicesima die mensis Augusti, & per Narciscum medicum Parisios in domum Caroli Bouilli de sancto Quintino oriundi Theologi, quem nosti, amici nostri, tibi præsentanda ordinavi, nec dubito quin fideliter ad te perferentur. iterum vale. Anno Ahrifti 1505.

XXXIX.

IOAN. TRITEM. ABBAS SPAN. CAROLO BOVILLO DE S.
Quintino theologo Parisiensi S.

SVBRATVS sum, Carole Bouille, harū latori Narcisco, quod nos te incio Parisios exiit, quia tuas volebā habere literas. Te tamen bene valere nunciavit, à quo statum rerū nostrarū, & quid super his mente geramus, auditurus es. Memorē te facimus promissionis tuæ nobis anno factæ priore, cum in nostro nobiscum esse cœnobio Spanhemensi per dies 14. vt quæstiones illas sacræ scripturæ profundissimas, quarum capita dudum in Spanheim consignauimus, quam primum absoluas, nobisq; vt pollicitus es trāsmittas. Erunt enim perpetuum apud nos memoriale nominis tui, & mutue testimonium dilectionis. Valde nos delectant omnia quæ in literis explicaueris, quoniam veterū more doctorū solidus es & veritatis enucleator lucidus, neq; verborū multiplicatione superfluus, neq; deficiētia in his quæ fuerint necessaria recisus. Ea quæ de intellectu scripsisti & mihi cōplacuerūt & multis. Continēt. n. verā Christianorū theologiā, purā & absolutā, quæ mētī cognitionē & affectui cōfert summi boni desiderii, cōsistens in se pura, integra & cādida, sine cicatricibus, exterarum traditionum. Nūquam mihi placuit quorundā curiositas, qui humana commiserant diuinis, & sacrā scripturam, quæ & pura & sibi sufficiens est & nobis, gentiliū loquacitate commaculant. Cōtra quos beatus Hieronymus in epistola loquitur ad Damasum Papam. De scripturis disputantem non decet Aristotelis argumenta conquirere, nec ex flumine Tullianæ eloquētiæ ducēdus est riuulus, nec aures Quintilianī flosculis & scolarī declamatione mulcēdæ, sed pedestris & quotidianæ similitudinis & nulla lucubratione redolens oratio necessaria est, quæ rem explicet, sensum edisserat, & obscura manifestet. Scriptura enim Dei manifesta est, testimonium Dei lucidum est, sapientiam præstans paruulis. Non egent literæ diuinæ plicis, non inuolucris, non replicis, quia hæc nō sapientiam præstant paruulis, sed eorum animos in confuso relinquunt, & per omnem vitam mentes hominum aberrare compellunt. Non qui plicant, non qui replicant, sed qui explicant & elucidant me (sacræ scriptura inquit) vitam æternam habebunt. Vale, ex Neometi, 22. die mensis Augusti. Anno Christianorum 1505.

XL.

IOAN. TRIT. DILECTIS IN CHRISTO SORORIBVS, RICHMODI ABBATISSÆ, ac vniuerso conuentui monasterii S. Laurentii in Sebach salutem.

ITER crastino versus Marchiam diuina miseratione assumpturi, scribere vobis priusquam Neometim exiremus, o charissimæ in Christo filiæ necessarium fore iudicauimus & oportu-
portunum,